

DOMINICA V.

Ex Quæst. 9. 10. & 11.

**IURE DEUS INDIGNATUR PEC-**  
*catis gravissimè.*

TEXTUS Deut. 27, 26.

*Vers. 26. Maledictus qui non præstiterit verba  
Legis hujus faciendo ea.*

**QUÆST. 9.** An non igitur Deus homini  
iniuriam facit, qui ab eo flagitet, quæ  
præstare non queat?

**RESP.** *Minimè: nam Deus hominem talem condi-*  
*derat, ut ea præstare posset: verùm homo impul-*  
*sore Diabolo, na ipsius contumacia se & omnem*  
*posteritatem divinis illis donis orbavit.*

**QUÆST. 10.** Num ergo Deus hanc contu-  
maciam & defectionem hominis di-  
mittet impunitam?

**RESP.** *Imò verò horrendis modis irascitur, tum ob*  
*innata nobis peccata, tum ob ea quæ ipsi com-*  
*mittimus, eaq; justissimo iudicio, temporalibus*  
*& æternis suppliciis punit, quemadmodum ipse*  
*pronunciat: Maledictus omnis, qui non per-*  
*manet in omnibus, quæ scripta sunt in libro le-*  
*gis, ut ea faciat.*

**QUÆST. 11.** An non igitur Deus etiam est  
misericors?

**RESP.** *Est ille quidem misericors: verùm ita ut etiam*